Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26112
Copyright: Admont, Benediktinerstift

que ad memoriam dns reduxerit enarrare tempiabo. ut hii
qui non uiderunt eos in corpore. opera eorum discentes. utramq;
eorum perfectam lectionis iudicio colligentes. ad emula
tionem sci operis inuitent. et pfecte paci
entie palmam requirant.

INCIPIT VITA ET DOC
TRINA S. IOHANNIS HEREMITE.

PRIMUM IGITUR TANQUAM VERUM
fundamentum nri operis. ad exemplum
bonorum omnium sumamus iohannem. qui
uere etiam solus satis superq; sufficiat. reli
giosas et do deuotas mentes ad uirtutum culmen erigere.
et ad pfectionis fastigia reuocare. Nunc enim iohannem ui
dimus inhebardis partibus in heremo que adiacet ciuitati
lyco in rupe quadam montis ardui comanentem. ascensus ad eum
difficilis. aditus monasterii eius obstructus. et clausus. ita ut
a quadragesimo etatis sue anno. usq; ad nonagesimum quem ge
rebat tunc cum eum uidimus. monasterium eius nullus in
trauerit. Aduenientibus uero pfenestram se uidendum
prebebat. et inde eis uel uerbum di ad edificationem
aut siqua fuissent consolationis responsa reddebat.
Mulier tamen illuc nulla nec ad conspectum quidem eius
ACCESSIT. vel solum